



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Johannis Baptistæ dictum, ... exponitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Moses Mi.
Præc. affir.
3. & neg.
177.

vestit, induit calceos, ac à terra
levat. Videri etiam potest Moses
Mikotzi. Hinc natum est Iohan-
nis Baptistæ dictum, qui, ut se
quam maxime præ Christo depri-
mat, indignum dicit, *Κύψας λύσας
τὴν ἰμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ*, in-
curvatum solvere corrigiam calcea-
mentorū ejus, quod referunt tres

Marc. 1. 7.
Luc. 3. 16.
Ioh. 1. 27.
Act. 13. 25.

Euangelistæ, Marcus, Lucas,
Johannes, & Apostolus Paulus.
Id idem est ac si dixisset, non sum
dignus ut sim illius servus, aut hoc
vilissimum obeam excalceandi
munus. Huc facit, sicut etiam
observatum est viro præstantissi-
mo Johanni Seldeno, quod in Ge-

Seld. de
I. N. & G.
l. 6. c. 8.
Gem. Bab.
ad tit.
Cethuboth
cap. 11.
fol. 96. a.

mara Babylonica legitur. כל מלאכות
שהעבד עשה לרבו חלמוד עשה לרבו
חזן מהחורה לו מנער אלה במקום
שאין מכירין אותו אבל במקום ליה לן בה
Omne genus operis quod à servo do-
mino suo præstandum est, id etiam
à discipulo magistro suo est præstan-
dum, præter solutionem calcei ejus.
Quæ tamen exceptio obtinet tantum,
ubi discipuli conditio non satis digno-
scitur. Nam si ea satis dignoscatur
etiam & illud munus præstandum.
Cavent Rabbini, ut in iis lo-
cis

LIBER PRIMUS. 185

cis tantum magistro suo id officium non præstet discipulus, ubi non satis notum est eum esse discipulum, ne ex ipso opere existimaretur servus, cum alias, ubi notum est ipsum discipulum esse non vero servum, hoc etiam officium à discipulo præstari suo magistro velint. At Johannes Baptista, quo se magis deprimat, & Christum extollat, ne ad hoc quidem officium dignum se pronuntiat, ut solvat & exuat calceos ejus. Dictum Johannis Matthæus refert: *ὁ ἑὸς ἐμὶ ἰγὰρὸς τὸ ὑποδήματ' ἑαυτοῦ*. Sed de eo loco infra prolixius.

Matth. 3.
II.

lib. 2.
cap. 8.

CAPUT OCTAVUM.

Calceus immundissima pedum tutela. In eo tamen magnus olim luxus, præcipue fœminarum. Hebræorum mulieres iis luxuriasse multi observant ex Jes. 3. 18. מַדְּבָי an calcei? Multa & diversa istius vocis interpretamenta. מַדְּבָי ornamentum simile com-